

Diuisio huius operis.

Ordo sacerdos quasi sacer dux. Plebis doctores, ideo ordo sacerdos quasi sacra docens. Sacramentorum ministratores, et ideo ordo sacerdos quasi sacra dās. Ergo oportet primum debet habere tantum de scientia quod sciāt recte et distincte legere et congrue pronūciare et accētuarē: et ad minus grammatice intelligere ea quae in multis officio continentur. Propter secundum debet habere tantum de scientia quod sciāt numerum sacramentorum: et quae sit debita forma cuiuslibet sacramenti: et modum ea debite ministrandi potissime de sacramentis quae ad eos spectant. Propter tertium debet habere tantum de scientia quod sciāt discernere iter lepra et lepra id est in peccatis et peccatis, et imponere penitentias salutes. Propter quartum debet habere tantum de scientia quod sciāt ad minus populum sibi commissum in articulo et alijs rudimentis fidei informare. Omisso autem primo quod illud spectat ad grammatice et satis suppono quod domini episcopi nullum ad sacerdotum ordinem promoueat nisi sufficienter fuerit in grammatice informatus. Et quod de his agere quoniam dicitur de sacro eucharistie de alijs tribus in hoc libello est agendum. Quae libellum volui vocari manipulum curatorum, eo quod sacerdotem potissime curati domini libellum istum habere per manus ut videant ea quae circa officium eorum sunt agenda.

Finit prologus

Diuisio huius operis

Quid sit ergo opusculum hoc in tres partes. In quarum prima agit de sacramentis et his quae pertinent ad sacramentorum administrationem. In secunda de penitentibus et his quae pertinent ad confessionum audientiam et penitentiarum impositionem. In tertia de articulo fidei et quae pertinent ad populi informationem. Quantum ad primam partem primo videbuntur aliquid de sacramentis in generali. Secundo de quilibet eorum in speciali. Et primo de sacro baptismi. Secundo de sacro confirmationis. Tertio de sacramento eucharistie. Quarto de sacro ordinis. Quinto de sacramento extreme unctionis. Sexto de sacramento matrimonij.

Tractatus primus de sacramentis in generali. Et habet tria capitula

De institutione sacramentorum

Capitulum primum

1a 5